



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXX. Parænesis & Epilogus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

tione dignum esse perpenditur , quod eadem hora calix in certa custodia clausus habebatur , nec minus tamen prædictæ collisionis materiale signum exceptit.

C A P V T X X I X .

Ablutio Calicis mutata in sanguinem.

Mersburgum.

*Nota morem
sancti Impera-
toris; sumendi
ex calice, in
quo sacrificia-
tum fuerat ab-
lationem. Sic
Grati sanctifi-
cationis loco
panem, ex quo
materia pro
sacrificio de-
sumpta est,
manducant.*

*Vinum ablu-
do sacro calici
infusum, mu-
tatum in san-
guinem.*

Matth. 6.



E codem verò calice , quid religiosorum viro-
rum relatione in veritate audierimus,futurorum
memoriis intimare opera precium dignum du-
ximus. Cū enim prædictus Christi Confessor
HEINRICVS, pro disponendis Regni negotiis Marsipolim
venisset, accidit, vt quadam die ad altare S. Laurentij attentissi-
mè Missam audiret. Qua completa, sicut semper facere con-
sueuerat, ablutionem calicis sumere volebat, sed interuenien-
te magno negotio regni , quod vir sanctus proposuit, tūc tem-
poris fieri non potuit. Vocato itaq; custode Ecclesiæ, rogauit
eum , vt calicem cum ablutione in mundo loco reponeret, &
cum omni diligentia seruaret : quoadusq; ipse exoccupatus
aptum tempus & locum ad sumendam illam inueniret. Ex-
crescentibus autem causis & placitis, tota die illa turbatus non
potuit se expedire. Postera verò die, post matutinas cum pau-
cis secretariis suis, clanculò monasterium introiuit, & diutius
flexis genibus, & profusis lacrymis D E M exorauit, accersi-
toque custode calicem cum ablutione sibi afferri præcepit.
Cumq; allatus fuisset, & discoopertus, inuenierūt ablutionem
illam in formam veri sanguinis transmutatam. Quod factum
mirabile mox vniuersis, qui aderant, innotuit, & nunc, & sem-
per in laudem D E I, & gloriam Confessoris sui omnis Ecclesia
successoribus suis enarrabit.

C A P V T X X X .

Parænæsis & Epilogus.

Iscite ergò diuites huius seculi facere vobis amicos
de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, ipsi vos in ater-
na recipient tabernacula.

Huius

Huius verò glorioſiſimi, ac beatissimi Patris præconia linguaſ carniſ reticere non conuenit, in cuius transiſtu angelis triumphantibus cœlum exultauit. Defunctio itaq; beatissimo D E I famulo anno Regni ſui XXIV. vitæ quinquagesimo ſecundo, Imperij verò vndecimo, corpus eius in Ecclesia beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Babenbergæ honorificè ſepultum eſt, ac poſtmodum multis miraculorum virtutibus à Domino glorificatum eſt.

CAPUT XXXI.

*Brunonis Episcopi Auguſtani, qui fuit frater
S. Henrici, de euertendo Episcopatu
Bambergensi impia conſilia.*

Anno Dominicæ Incarnationis M. XXV. ab Urbe condita Millesimo, ſeptingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, Chunradus ex regni primoribus vnuſ, ſed regno antea per rebellionem aduersus, Principibus pro eius electione discordantibus, Aribone autem Moguntino Archiepifcopo. & Eberhardo Babenbergensi Præfule ſibi fauentibus, octogefimo quinto loco ab Auguſto regnum ſuſcepit, & annis X V. regnauit. Sublimatus autem in regni ſede, confilio Brunonis Auguſtensis Epifcopi, fratris HEINRICI Imperatoris, qui ſemper, ut ſupradictum eſt, felicibus eius inuidebat aetibus, Babenbergensem Epifcopatum meditabatur deſtruere. Quia idem Bruno Epifcopus promiſit Regina Gisila, omnia prædia hereditario iure ad ſe pertinentia filio eius * Heinrico contradere.

Locus igitur & tempus conuentui ſtatuitur, vbi hæc res ad exitum perducatur. Nocte verò, qua diem præceſſerat, in qua hæc ventilanda erant, Eberhardus Epifcopus ad tentorium prædicti Brunonis clam accessit, letoq; eius aſſidens, multa ſuper hac remonendo, obſecrando, memoriam fratris animo inculcando cum eodem ſolicitus egiit. Quia verò iam multa

*Lege Baron.
Anno 1024.
Num. 12.
Bruno frater
S. Henrici, eſ-
tam poſt Im-
peratoris mor-
tem turbas
concitat : De
hoc Brunone
Vveppō in Con-
rado Salico.
Urilis & clares
ingeniosi fra-
ternoodio, quo
Imperatori
oberat, non
obſcuraretur.
* Eſt hic Hen-
ricus tertius
hoc nomine
Rex, Conradi
Salici & Gi-
ſila filius. Gisila*

F 3 noctis